



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu
peragi possint

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Affectus Fiduciæ.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54780)

Affectus Fiducia.

Benedic anima mea Domino, qui sanat omnes infirmitates meas. Pl. 102. Redemisti me Domine Deus veritatis. Pl. 30. In manus tuas commendo spiritum meum. Excita potentiam tuam, & veni, ut salvos facias nos. Pl. 79. Miserere mei, quoniam infirmus sum. Pl. 6. Fac mecum signum in bonum, ut videant, qui oderunt me, & confundantur, quoniam tu Domine adjuvisti me, & consolatus es me. Pl. 85. Uique Domine ego credidi, quia tu es Christus Filius Dei vivi. Custodi me ut pupillam oculi, sub umbra alarum tuarum protege me. Domine **IESU** suscipe spiritum meum. Dic anima mea salus tua ego sum. Pl. 54. Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus, pravalui adversus eum. Pl. 12. Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos. Domine fortitudo mea & robur meum & refugium meum in die tribulationis. Jer. 16.

Affectus desiderii ad calum.

Credo videre bona Domini in terra viventium. Pl. 28. Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies mea, faciem tuam Domine requiram. Pl. 26. Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo. Ostende faciem tuam, & salvi erimus. Aeternae, misericors ac iuste Deus. Hic ure, hic seca, modò in aeternum parcas. Noli etiam prolongare purgatorium, licet mille titulis promerear, & maximè poenam damni, ut
eò